



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Monachorvm D. Bernardi, S. R. E. Cardinalis, Et Abbatis Cassinensis**

**Arnulfus <de Boeriis>  
Bernardus <Ayglerius>**

**Dilingæ, 1616**

VIII. De veræ Conuersionis Morum impedimentis vitandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48585)

mendatur Tobias his verbis: *In bona vita & in sancta conuersatione permansit, ita ut acceptus esset tam Deo, quam hominibus & cunctis habitantibus in terra.* Tob. 140  
17.

CAPITVLVM VIII.  
IN QVO VERÆ  
MORVM CONVER-

SIONIS IMPEDIMENTA NUMERANTUR, & euitanda comprobantur.



Itero de aliquibus, quæ ad morum conuersionem faciunt, consequenter subiungitur de illis, quæ sanctam conuersationem impediunt. Sunt autem Consuetudinū prauitas, Monasterij laxitas, prædicationis raritas, exemplaris corruptibilitas conuersi, imò melius, peruersi mala voluntas. Conuersionem impediunt V.

E 7 Ad

**1.**  
**Consue-**  
**tudinis**  
**Pravi-**  
**tas.**

Ad primum potest dici quod bonas & malas impressiones recipit animus, maximè in conuersatione tenellus. Vnde versus.

*Quod noua testa capit, inueterata sapit.*

Quando enim incipit ad euellendum Monachus vitium laborare dū est tener, satis erit facile, quod in iam indurato esset difficile. Vnde refert Hilarius Arelatensis de beato Honorato, quod quando sæculum dimittere deliberabat, sibi ipsi deliberando dicebat: Eruamur ab his laqueis, dum minus tenemur: facilius enim est tenella euellere, quam robusta subscindere; quæ enim in iuuentute apprehenduntur, in senectute nō facile dimittuntur; sicut dicit Salomon in Prouerb. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Ecclesiastes. *Peruersi difficile corriguntur.* Bernardus. Omnis malus animus, priusquam indurescat, malitia illius mol-

**Prouer.**  
**22. 6.**  
**Ecclesi.**  
**1. 15.**

liri

liri potest, sed postquam induratus erit, desperandum est, id est, raro sperandum; virgulæ enim possunt dirigi, si distortæ fuerint, sed nequaquã possunt de facili si sunt trabes factæ. Conãdum est igitur in iuuentute sanctam conuersionem incipere, & iugum domini ab adolescentia portare, sicut legitur in Threnis: *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Nam quæ quis mala in adolescentia didicit, ut plerunq; fit perseverando vsque ad finem vitæ deducit. Vnde dicitur in Iob. *Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in pulvere dormient.* Durum enim est malam consuetudinem, quæ est altera natura, exuere, & aliam nouam induere; sicut legitur in libro Iudicum: *Non dimiserunt adinventiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerunt.* Ideoq; multum est Monacho cauendum, ne apprehendat consuetudines sæcula-

Thren.

3. 27.

Iob. 26

11.

Iudic. 1

19.

Leuit.  
18. 28

cularium, secundum Deum in Leuitico. *Iuxta consuetudinem terra Ægypti in qua habitastis non facietis, & iuxta morē regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis: nec in legitimis eorum ambulabitis.* Faciat sibi igitur Monachus consuetudinem bonam cōtra consuetudinē malam, affectū & delectationes cū Dei adiutorio immutando, delectationes & affectus optimos apprehendendo; Sicut B. Bernardus: Ad exuendum se de seruitutis necessitate, ad carnis suæ dominantē consuetudinem accingat, necessitatē sibi faciens cōtra necessitatem, & affectū sibi formans cōtra affectum, donec plenam mereatur habere delectationem contra delectationem.

11.  
Mona-  
sterii la-  
xitas

Circa secundum impedimentū, quod est Monasterij laxitas, potest considerari breuiter, quod vix aut nunquam serpens dimitteret suam pellē, nec per consequens reuocaret

ret iuuentutē, nisi ingrederetur ar-  
ctum foramen. Sic & Monachus in  
laxo Monasterio actum secularium  
vix dimittit, & sic per consequens  
viam quæ est angusta & arcta æter-  
næ vitæ amittit: Sicut Dominus in  
Matt. *Intrate ergo per angustam por-* Matt. 7.  
*tam, quia lata porta & spatiosa via* 13.  
*est, quæ ducit ad perditionem, & multi*  
*sunt qui intrant per eam. Quam angu-*  
*sta porta & arcta via est, quæ ducit ad*  
*vitam, & pauci sunt qui inueniunt eā.*

Tertium est prædicationis, siue do-  
ctrinæ raritas. Doctrina spiritualis ti-  
morem in corde audientis in prin-  
cipio generat, sed postmodum ani-  
mum ad spem eleuat. Quantū verò  
damnū sustineat, qui ad timorem &  
spem cor suum non applicat, per se  
quisq; sapiens videat. Primò quippe  
non habet commodū suæ castiga-  
tionis. Iterū nec habet dulcedinem  
mellis spiritualis. De primo in Ec-  
clesiastico. *Sapientia filius suus vitam*  
*inspirat;*

III.  
Prædi-  
cationis  
Raritas.

inspirat; & sequitur: Timorem. & metum & probationē inducat super illū, & cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat anima illius: Et firmabit illum.

*Prover.*  
24. 13.

Comede, fili mi, mel: quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: Sic & doctrina sapientiae anima tua: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.

*IV.*  
*Exemplaris*  
*Corruptibilitas.*

*Eccles.*  
19. 30

Quartū est exemplaris corruptibilitas. Circa quod notādum, quod perdurantes in vitijs vitiosi, et inuitis eorū socijs, praebeēt multa exempla magna perpetrādi peccata, sicut legitur in Eccles. Qui se iungit fornicariis, erit nequam: putredo, & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius. Damnabilis verò est quando maiores, qui debent esse exemplū salutis, non sumunt ad utilitatē suam exemplum poenae in dānatis, sed ipsi faciunt se exemplū in damnationem alijs; sicut B. Iudas in

Canon-

Canon. ait: Sicut Sodoma & Gomor-  
 rha, & finitimæ ciuitates, simili modo <sup>Iudæi;</sup>  
 exfornicata, & abeuntes post carnē al-  
 terā, factæ sunt exēplū, ignis æterni pœ-  
 nā sustinentes: similiter & hi qui carnē  
 maculāt. Et post pauca de ipsis sequi-  
 tur: Hi aut̄ quacūq; quidē ignorāt, bla-  
 sphemāt: quacūq; aut̄ naturaliter tanq̄  
 muta animalia norūt, in his corrupūtur.

Ad quintum & vltimū, quod est <sup>V.</sup>  
 mala voluntas, dici potest, quod ho- <sup>Malat' os</sup>  
 mines suæ voluntatis, sequuntur ob- <sup>luntas.</sup>  
 edientiam Diabolicæ prauitatis. Vo-  
 luntas enim Diaboli est, quod miser  
 ambulet in desiderijs suis, & corruat  
 in diuersis peccatis. Est enim miser  
 captus in eius carcere; & ideo facit  
 eum diuersimodè ruere. Et in viā  
 secum ambulāntem cōfundit: quia  
 secundum propriam voluntatē va-  
 dit. De quibus omnibus sequentes  
 auctoritates adaptando, intelligere  
 potes quod Apostolus dicit ad Tim.  
 Seruum autē domini nō oportet litigare: <sup>2. Tim.</sup>  
 sed māfuetum esse ad oēs, docibilem, pa- <sup>2. 24o</sup>  
 tien-



1. Pet.  
4. 3.

tientem, cum modestiâ corripientem  
eos, qui resistunt veritati, ne quando  
Deus det illis pœnitentiam ad cogno-  
scendam veritatem, & resipiscant à  
Diaboli laqueis, à quo capti tenentur  
ad ipsius voluntatem. Et B. Petrus  
in canonicâ: Sufficit enim præteri-  
tum tempus ad voluntatem gentium  
consummandam his qui ambulauerunt  
in Luxurijs, desiderijs, vinolentijs,  
comestationibus, potationibus, & illi-  
citis idolorum cultibus. In quo admi-  
rantur non concurrentibus vobis in e-  
andem Luxuria confusionem, blasphe-  
mantes. Item Ecclesiasticus: Cum  
audace non eas in viâ, né forté grauet  
mala sua in te: Ipse enim secundum  
voluntatem suam vadit, &  
simul cum stultitiâ  
illius peries.

Eccli. 8.  
18.



CA-